Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dicto: humani corporis a quo spiratur omne quod
bonum est tribue plaeet sancta que sumpsimus
ut sicut animae famuli tui penitentiam uelle
donasti: sic indulgentiam tribuas miseratus
quam per dnm nrm ihm xpm filium tuum. Per omnia
secula seculorum. Amen. Lectio libri Apokalip. b. sancti iohis. a.
In diebus illis audiui uocem de celo dicen
tem mihi scribe: beati mortui: qui in dno mori
untur. Amodo iam dicit spiritus: ut requiescant
a laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos.
Sancti
Dixit autem martha ad iesum. Domine si
fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Sed
et nunc scio: quia quecumque poposceris a deo da
bit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater
tuus. Dicit ei martha. Scio. quia resurget in
resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus
Ego sum resurrectio et uita. Qui credit in me.
etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui
uiuit et credit in me: non morietur in eternum.
Credis hoc. Ait illi. Etiam dne. Ego credidi.
quia tu es xpus filius dei: qui in hunc mundum
venisti.
In diebus illis lectio libri machabeorum. Ieuisti.
Fortissimus uidas collacione facta duode
cim milia dragmas argenti misit ierosolimam
offerre ea ibi pro peccatis mortuorum: iuste et religi
ose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui
ceciderant resurrecturos speraret: superfluum
uideretur et uanum orare pro mortuis. Sed quia
considerabat quod hi qui cum pietate dormi
onem acceperant: optimam haberent repositam
gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitacio
pro defunctis exorare ut a peccatis soluantur. Sedm